FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

EPISTO||LE PAVLI || duae ad Thessalon, interprae=||te Erasmo Roterodamo || una cum concor=||dantijs.||

Paulus <Apostolus>

Leipzig, 1522

VD16 ZV 27176

IN EPISTOLAM AD THESSALONIcenses priorem. Argumentum per Erasmum Roterodamum.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149034

Visual Library

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES PRIOREM. Argumentum per Erasmum Roterodamum.

THESSALONICA Macedonię metropolis ē, vnde & regionis incolæ Thessalonicenses appellati. Hi in fide semel accepta, tanta constantia perstiterunt: vt & Pauli exemplo, ciuium suorꝫ persecutiones, infracto & alacri pertulerint anīo, nec vllo pseudapostolorum suasu quiuerint ab euangelica institutione deflecti. Quod veritus Paulus, quem non latebat pseudapostolorum improbitas, cum ipsi non liceret illos inuisere, misit Timotheum: ex quo reuerso cum didicisset illorum cōstantiā, collaudat eos, gratias agēs deo. Atqꝫ id quidē agit capi. primo et secūdo. In cęteris duob⁹ instituit eos in varijs pietatis officijs, subindicās eē int̄ eos, qui nondū oīno puri essent ab oīmi libidine: nec deesse, q ocio dediti grauarēt alios: itē qui inqeti ipi, turbarēt ecclīæ tranquillitatem: q̄s corripi iubet. Pręterea q de resurrectione nōdū satis cōfirmata essent opinione (cū defunctos ita lugerent, quasi perissent, ac nō poti⁹ ad meliora demigrassēt) hos instituit atqꝫ cōfirmat: Rursus alios disputasse de die aduēt⁹ domī, q̄si is præsciri prædicique possit, cū incertus sit oīmib⁹. Verꝫ eū ait subitū, et pært̄ oīm expectationē adfuturū, quo magis sim⁹ ad oīme momētū parati. Scripsit ab Athenis p Tychicū ministrū, iuxta Græcorꝫ inscriptionē: cui collegā adiunt Onesimū nostra argumenta, quæ incerto autore leguntur in vulgatis exemplaribus.

AD THESSALONICENSES EPISTOLA Pauli prima.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensiũ, in deo patre & domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agimus deo semp̄ de oĩbus vobis, mentionẽ vestri facientes in precib⁹ nostris indesinẽter memores vestri ꝓpter op⁹ fidei ac laborẽ charitatis: et qd̄ p̄mãsistis in spe dñi nostri Iesu Chr̃i, corã deo & patre nostro, sciẽtes fratres dilecti a deo, electionẽ vr̃am: q̄ niã euangeliũ nostꝝ fuit erga vos, nõ per sermonẽ solũ, verũetiã per ꝟtutem, & per spiritũ sanctum, perq̄ certitudinẽ multã: quẽadmodũ nostis, quales fuerim⁹ inter vos, vestra causa. Et vos imitatores nostri facti estis, & dñi, recipientes sermonẽ cũ afflictione multa, cum gaudio spirit⁹ sancti, adeo vt fueritis exẽplo om̃ib⁹ credẽtib⁹ in Macedonia, & Achaia. A vobis em̃ p̄tonuit sermo dñi: non solũ in Macedonia & Achaia, verumetiã in om̃i loco fides vestra quæ est in deũ, dimanauit, vt nõ sit nobis necesse loq̄ qcq̄. Siquidẽ ip̄i de vobis annũciãt, qualẽ ingressum habuerim⁹ ad vos, & quomõ cõuersi fueritis ad deũ a simulacris, vt seruiretis deo viuẽti & veraci, & expectaretis filium eius de cœlis, quẽ excitauit a mortuis, Iesum, qui liberat nos ab ira ventura.

CAP. II.

n Am ipi nostis fratres, introitũ nostꝝ ad vos qd' non fuerit inanis: sed qd' ante malis afflicti, & cõtumelijs affecti, quẽadmodũ scitis Philippis, audacter egerimus in dño nostro ad loquendũ apud vos euãgeliũ dei, in multo certamĩe. Siqdẽ exhortatio nr̃a nõ fuit ex impostura, neqꝫ ex ĩmũdicia, neqꝫ cũ dolo: sed quẽadmodũ ꝓbati fueram⁹ a deo, vt nobis cõmitteret euãgeliũ: ita loqmur, nõ vt hominib⁹ placẽtes, sed deo, q ꝓbat corda nr̃a. Neqꝫ enĩ vnquã ꝑ sermonẽ adulatiõis ꝓsati sum⁹, quẽadmodũ nostis: nec ꝑ occasionẽ auaritiæ deus est testis, neqꝫ quęrentes ex hoĩbus gloriã, nec a vobis, nec ab alijs, cũ possem⁹ in autoritate esse, tãquã apostoli Christi: sed fuim⁹ placidi in medio vr̃i, ꝓinde ac si nutrix foueat suos filios: sic affectu ꝓpẽsi in vos, anĩo cupiebam⁹ impertire vobis: nõ solũ euãgeliũ dei, verumetiã nostras ipoꝝ anĩas, ꝓpterea qd' chari nobis facti estis. Meministis enĩ fratres laboris nostri, ac sudoris. Nocte enĩ ac die op⁹ faciẽtes ob id ne cui vestrũ essem⁹ oneri, prędicauim⁹ apud vos euãgeliũ dei. Vos ãt testes estis & de⁹, quã sancte et iuste & inculpate vobiscũ q credebatis, ꝓsati fuerimus, quẽadmodũ nostis, vt erga vnũquẽqꝫ vr̃m, tãquã pat̃ erga filios suos, fuerim⁹ affecti: obsecrãtes vos & cõsolãtes & obtestãtes, vt ambuletis digne deo, q vocasset vos in suũ regnũ ac gl̃iam. Quaꝑpter & nos gr̃as agim⁹ deo indesinẽter: qd' cũ accipętis sermo-

nē a nobis, q̃ deū discebatis, accepistis nō sermonē hoīm, sed sicut erat vere sermonē dei, & agit in vobis credētibus, Vos enī imitatores facti estis fratres, ecclesiarū dei, quæ sunt in Iudea, in Christo Iesu: quod eadē passi sitis & vos a proprijs contribulibus quemadmodū & ipsi nos a Iudeis: qui vt & dominū occiderunt Iesum, & proprios prophetas, ita & nos persecuti sunt, & deo non placent & omnibus hoīb⁹ aduersantur, q̃ obsistūt nobis, ne loquamur gētibus, quo salui fiant, vt expleant sua peccata semper: peruenit autē in illos ira in finem. Cæterū nos fratres, orbati vobis ad spaciū tēporis affectu, nō corde, vehementi⁹ studuim⁹ videre faciē vestrā, cū multo desiderio. Quapropter voluim⁹ venire ad vos, ego quidē Paulus, & semel & iterū, & obstitit nobis satanas. Nā quæ est nostra spes, aut gaudiū, aut corona gloriatiōis, an non & vos, in cōspectu domini nostri Iesu Christi, in eius aduentu? Vos enī estis

p gloria nostra & gaudiū. CAP. III.

Roinde cū nō amplius ferremus, visum est nobis, vt Athēis residerem⁹ soli, ac misim⁹ Timotheū fratrē nostrū, & ministrum dei, et adiutorē opis nostri in euāgelio Christi: vt cōfirmaret vos, et consolaret vos de fide nostra, ne quisquā turbaret in afflictionibus his. Nā ipsi nostis, nos in hūc vsum positos esse. Etem cū apud vos essem⁹, prædicebam⁹ vobis fore, vt afflictionē pateremur, quēadmodū

& euenit, & nostis. Quapropt̃ et ego nõ ampli⁹ ferẽs, misi ad hoc, vt cognoscerẽ fidem vestrã: ne q̃ pacto tentasset vos ille qui tentat, et inanis fact⁹ esset labor noster. Nup̱ ãt cũ venisset Timothe⁹ ad nos a vobis, et annũciasset nobis fidẽ ac dilectionẽ vestram: & qd̃ habeatis memoriam nostri bonã semp̱, desiderantes nos videre, quẽadmodũ nos q̃q̧ vos. Idcirco consolationẽ accepimus fratres per vos sup̱ om̃i afflictiõe & necessitate nostra, per vestram fidem, Quoniã nũc viuim⁹, si vos statis in domino. Quã em̃ gratiaꝝ actionẽ possum⁹ deo repẽdere de vobis sup̱ om̃i gaudio, qd̃ gaudem⁹ ꝓpter vos in cõspectu dei nostri, nocte ac die supra modũ orãtes: vt videam⁹ vestrã faciẽ, & suppleam⁹ quę desunt fidei vr̃æ. Ip̃e ꝟo deus & pater noster & dñs noster Iesus Christus dirigat viã nostram ad vos: vos aũt domin⁹ abundãtes & exuberãtes faciat mutua inter vos charitate, & in oẽs, quẽadmodũ & nos in vos: vt cõfirmet vr̃a corda, irreprehẽsibilia in sanctimonia coram deo et patre nostro, in aduẽtu domini nostri Iesu Christi, cũ om̃ibus sanctis eius.

CAPVT IIII.

q Vod sup̱est igit̃ fratres, rogamus vos & adhortamur per dominũ Iesum, quemadmodũ accepistis a nobis, quomodo oporteat vos versari, & placere deo, vt abunde
Ro.12. tis magis. Nostis enĩ, quę pręcepta dederim⁹ vobis ꝑ do-

minũ nostrũ Iesum. Hæc em̃ est volũtas dei, sanctificatio Eph. 5.
vestra, vt abstineatis a scortatione, et sciat vnusq; sq; vestrũ
suũ vas possidere, cũ sanctificatione & honore: non cũ af-
fectu cõcupiscentiæ: quẽadmodũ & gentes, quæ nõ noue
runt deũ, ne q̃s opprimat ac fraudet in negocio fratrẽ suũ,
ꝓpterea qd̃ vltor est domin⁹ de om̃ib⁹ his: quemadmo-
dũ & ante dixim⁹ vobis, ac testati sum⁹. Nõ em̃ vocauit
nos deus immũdicię causa, sed ad sanctificationẽ. Proinde
q̃ reijcit, nõ reijcit hominẽ, sed deũ, qui dedit spiritũ suum Ioã. 15.
sanctũ in vos. Cæterum de fraterna charitate non necesse 1. Io. 4.
habetis, vt scribã vobis. Ipi nãq; diuinit⁹ docti estis, vt di
ligatis vos inuicẽ. Nã & facitis hoc erga cunctos fratres,
qui sunt in tota Macedonia. Obsecram⁹ aũt vos fratres, vt
abũdetis magis, & in hoc incũbatis, vt q̃eti sitis: & agatis
res ꝓprias, & operemini ꝓprijs manib⁹ vr̃is, sicuti vobis
præcepimus: vt vos geratis honeste erga extrarios, et nul
la re vobis sit op⁹. Cæterꝝ nolo vos ignorare fratres de ijs
q̃ obdormierũt, ne doleatis, quẽadmodũ & cæteri nõ ha-
bẽtes spẽ. Nã si credim⁹, qd̃ Iesus mortuus est & resurre-
xit: sic et de⁹ eos q̃ ob dormierũt ꝑ Iesum, adducet cũ illo.
Hoc em̃ vobis dicim⁹ in ℣bo domini, quod nos qui viue
mus & reliqui erimus in aduentũ domini, nequaquã præ-
ueniem⁹ eos q̃ dormiũt. Quoniã ipe domin⁹ cũ hortatu, 1. Cor.
& voce archãgeli, ac tuba dei descẽdet de cœlo, & mortui 15.

in Christo resurgent primũ: deinde nos q̃ viuemus, qui relicq̃ erimꝰ, simul cũ illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, et sic semp̃ cũ domino erimus. Proinde cõsolemini vos mutuo sermonibꝰ his.

CAP. V.

2. Pet. 3 Apo. 3 p Orro de tẽporibus & articulis temporũ fratres, nõ est opus vt vobis scribã. Ipi em̃ plane scitis, qd̃ dies ille domini, vt fur in nocte, ita vẽturus sit. Cũ enĩ dixerit, pax & tuta oia, tũc repentinꝰ eis imminet interitꝰ, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. At vos fratres, nõ estis in tenebris, vt dies ille vos tanquã fur opprimat. Oẽs vos filij lucis estis, ac filij diei: nõ sumꝰ noctis, neque tenebrarũ. Proinde ne dormiamꝰ, sicut et cæteri, sed vigilemus & sobrij simꝰ. Nã q̃ dormiũt, nocte dormiũt: & q̃ inebriant̃, noctu sunt ebrij. At nos q̃ sumꝰ diei, sobrij simꝰ, induti thoracẽ fidei & charitatis, & p galea spem salutis. Quoniã nõ cõstituit nos deus, vt irã nobis cõcitemꝰ, sed vt salutẽ consequamur p dominũ nostrũ Iesum Christũ, qui mortuus est p nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamꝰ, sil̃ cũ illo viuamꝰ. Quapropt̃ adhortemini vos mutuo, et ẹdificetis singuli singulos, sicut & facitis. Rogamus aũt vos fratres, vt agnoscatis eos, q̃ laborãt int̃ vos, & qui præsũt vobis in dño, & admonẽt vos, vt habeatis illos in summo p̃cio per charitatẽ propter opus illorũ: pacẽ habete cũ illis.

Esa. 19 Eph. 6.

Obſecramus autẽ vos fratres, monete inordinatos, cõſo-
lamini puſillanimes, ſublcuate infirmos, paciẽtes eſtote er
ga omẽis. Videte, ne q̃s malũ ꝓ malo cuipiam reddat; ſed
ſemp̃ qd̃ bonũ eſt ſectemini, tũ erga vos inuicẽ, tum erga
omẽis. Semp̃ gaudete, indeſinẽter orate, in omnibus grãs
agite. Hæc em̃ eſt voluntas dei p̃ Chriſtũ Ieſum erga vos,
Spiritũ ne extinguatis; ꝓphetias ne aſpernemini. Omnia ꝓ
bate: qd̃ bonũ fuerit, tenete. Ab oĩ ſpecie mala abſtinete.
Ipe autẽ deus pacis ſanctificet vos totos; et integer veſter
ſpirit⁹, et anĩa, & corpus, ita vt in nullo poſſitis culpari, in
aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt q̃
vocauit vos, qui idem efficiet. Fratres orate ꝓ nobis. Salu
tate fratres omneis cum oſculo ſancto. Adiuro vos p̃ do-
minũ, vt recitetur hæc epiſtola omnibus ſanctis fratrib⁹.
Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobiſcum. Amen.

Ad Theſſalonicenſes prima,
Scripta fuit ex Athenis.
FINIS.

Christi. CAP. II.

1 Ogamus autẽ vos fratres per aduentũ domini nostri Iesu Christi, & nostri aggregationẽ in illum: ne cito dimoueamini a mente, neq; turbemini, neq; per spiritũ, neq; per sermonẽ, neq; per epistolam, tanq̃ a nobis ꝓfectã, quasi instet dies Christi, ne qs vos decipiat vllo mõ: q̊niã nõ adueniet dñs, nisi venerit defectio pri⁹, & reuelatus fuerit homo ille scelerosus, fili⁹ ꝑditus, q est aduersarius, & effert̃ aduersus omnẽ, qui dicit̃ deus aut numen: adeo vt in tẽplo dei sedeat, ostentãs se ipsum eẽ deũ. An nõ meministis, qd̃ cũ adhuc essem apd̃ vos, hęc dixerim vobis? Et nũc qd detineat scitis, nẽpe, vt ille reuelet̃ in suo tpe. Nã mysteriũ nũc agit iniquitatis, tm̃ qui tenet, in pręsentia teneat, donec e medio tollat̃: & tũc patefiet iniquus ille, quẽ dñs cõficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui: cui⁹ est aduẽtus secundũ operationẽ sathanæ, cũ omni potẽtia, & signis, ac ꝓdigijs mendacib⁹ & cũ omni deceptione iniusticiæ, in his q pereũt, ꝓ eo qd̃ dilectionẽ veritatis non receperũt in hoc, vt salui fierẽt. Et ꝓpterea mittet illis deus efficaciã illusiõis, vt credãt mẽdacio, vt iudicẽtur oẽs q nõ crediderunt veritati, sed approbauerũt iniusticiã. Nos aũt debemus gr̃as agere deo semper de vobis fratres dilecti a dño, qd̃ elegerit vos deus ab initio in salutẽ, per sanctificationẽ spirit⁹, ac fidem veritatis, ad qd̃ vo-

Matth. 23. Mar. 13 Luc. 21 Eph. 5

Esa. 11.

cauit vos per euangeliũ nostrũ, in acquisitionẽ gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq; fratres state, et tenete institutiões q̃s didicistis, siue p̃ sermonẽ, siue p̃ epl'am nostrã: ipse ꝗo dominꝰ noster Iesus Christꝰ, & deꝰ ac pater noster q̃ dilexit nos, et dedit cõsolationẽ æternã, & spem bonam p̃ gr̃am, consoletur vestra corda, & stabilitat vos in omni sermõe & opere bono. CAP. III.

q Vod supest, orate fratres p̃ nobis, vt sermo domini currat et glorificet, sicut et apud vos, et vt eripiamur ab absurdis ac peruersis hominib̃ꝰ. Non em̃ omniũ est fides, sed fidelis est dn̄s, qui stabiliet vos, & custodiet a malo. Cõfidimꝰ aũt p̃ dominũ de vobis, qd̃ quæ præcipimꝰ vobis, et faciatis, et facturi sitis. Porro dominꝰ dirigat vr̃a corda in dilectionẽ dei, & in expectationẽ Christi. Pręcipimꝰ aũt vobis fr̃es, p̃ nomẽ domini nostri Iesu Chr̃i, vt subducatis vos ab om̃i fratre, q̃ inordinate se gerit, & non iuxta institutionẽ quã accepit a nobis. Nã ipsi scitis, quo mõ oporteat imitari nos; q̃niã non inordinate gessimꝰ nos int̃ vos; neq; gratis panẽ accepimꝰ a quoquã, sed cũ labore et sudore, nocte dieq; faciẽtes opꝰ, ad hoc, ne cui vestrũ essemꝰ oneri. Nõ, qd̃ id̃ nob̃ nõ liceat, sed vt nosmetip̃os formã exhiberemus vobis ad imitandũ nos. Etem̃ cũ essemꝰ apud vos, hoc pręcipiebamꝰ vobis, vt si q̃s nollet op̃ari, is nec ederet. Audimus em̃ quosdã ꝗsantes inter vos in

1. Cor. II.

ordinate, nihil operis faciẽtes, sed curiose agẽtes. His autẽ q̃ sunt istiusmodi, pręcipim⁹ et obsecram⁹ per dominum nostrũ Iesum Christũ, vt cũ q̃ete operantes, suũ ipsorũ pa
Gal. 6. nẽ edant. Vos aũt fratres, ne defatigemini in benefaciẽdo. Qd̃ si quis nõ obedit sermoni nostro, per epistolã hũc indicate: & ne cõmerciũ habeatis cũ illo, vt pudore suffundatur: neq̃ velut inimicũ habeatis sed admonete vt fratrẽ. Ipse autẽ domin⁹ pacis det vobis pacẽ semper omibus modis. Dñs sit cũ omibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli, qd̃ est signũ in omi epistola. Ita scribo: Gratia domini nostri Iesu Christi sit cũ omibus vobis, Amen.

☞ Missa fuit ex Athenis.

Lipsiæ ex ædibus Valentini Schumanni
Anno salutis humanę. M.ccccc.xxij.